

fortasse ob aquam ex suo territorio Castrum novum adductam (Mommsen C. I. L. IX p. 485).

5682 numini domus Augustae | T. Claudius Faustus Regi[n.] et | Claudia Nais Fausti | balneum populo¹ et familiae | Caesaris n.² d. [s.] p. f. idemque | aquam in eius balnei usus | perduxerunt et consacraronit | [Nerone]³ Caesare Aug. et Antistio Vetere | cos.⁴

In Chersoneso Thracica rep., prope portum Kilia, ubi fuit Coela (III S. 7380 Mommsen videt ectypum). — 1) Videtur significari populus Coelanus, quamquam hic plenum municipii ius ab Hadriano demum accepit (cf. Momms. III L c.). — 2) Nostri. Chersonesus ad Hellespontum res privata fuit Caesarum (cf. Dio 54, 29 qui tradit eam ex Agrippae hereditate pervenisse ad Augustum), unde explicatur familia Caesaris cum populo coniuncta. — 3) Vocabulum erasum. — 4) A. p. Chr. 55.

5683 M. Valerio M. f.¹ | aed., dict.², | praef. iuventutis, | municipes compitenses veicorum | quinque³, quod specus millia | passus⁴ 80000 purgavit refecit, | fistulas reposuit, balnea virilia | utraque et muliebre de sua | pecunia refecit, populo viscerati. | gladiatores dedit, lumina ludos⁵ | I. S. m. r. solus fecit.⁶

Romae, sed origine sine dubio Lanuvina (XIV 2121 servavit Fabretti). — 1) Videatur deesse cognomen Valerii. — 2) Dictatori. — 3) Qui habitabant in quinque vicis ad idem compitum pervenientibus, quamquam hi compitales magis dici debuerunt quam compitenses (Momms.). — 4) Scr.: passum (et delendum millia). — 5) Cf. supra N. 5655 not. 4. — 6) Junoni Sospiti matri Reginae. Dea Lanuvii culta, cf. supra N. 516. 5097.

5684 Alfia P. f. Quart[a balneum] | muliebre a solo [fecit], | eadem lapide va[rio ex]ornavit, labrum aen[eum cum] | foculo, sedes posu[it] p. s.]

S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum (IX 3677 descr. Accursius).

5685 imp. Caes. divi Hadr[iani fil. divi] | Traiani Parthici n[epos divi Nervae] | pronepos T. Aelius H[adrianus Antoninus] | Aug. Pius pont. maxim[us, tribun. potest.] . . . | imp. II, cos. IIII, p. p., ther[mas incendio]¹ | consumptas cum por[ticibus et] . . . | et basilicis et omni [apparatu im-pensa] | sua re[stituit].

Narbone (XII 4549 videt Hirschfeld). — 1) De incendio civitatis Narbonensis cf. vita Ant. Pii 9.

5686 imp. Caes. L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. et imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Felici Aug. | senat. populusq. Lanivinus | in locum balnearum, quae per vetustatem in usu esse desierant, thermas ex quantitatibus, quae | ex indulgentia dominorum | nn. principum honoriarum summarum sacerdotiorum adquisitae sunt¹, item ex usuris | C² kalendari, ampliatis locis et cellis, a fundamentis exstruxit et dedicavit.

Lanuvii (XIV 2101 semel descripta). — 1) Coniecit Mommsen, antea Lanuvii sacerdotes pro introitu aut nihil solvisse aut summam minorem, imperatores per